q Vod me tuis litteris nō mediocriter extuleris: fecisti tu quidē ꝑhumane & amice poti⁹ q̄ uero. Non enī is sū: q meipsū nō norim. Sed tu illud uerissimū eē liq̄do declarasti: qđ uident poetæ fabulari: amorē oculis carere: æque enī amic⁹ falli de amici iudicio: atq̃ de iimici inimic⁹ plærūq̃ solet. Nā & hic odio: & ille amore nimio affect⁹ ueritatē ne q̄d intcrnoscere: facile tn̄ patior erratū tuū: quippe quē longe malim amicū mihi: q̄ secus. Verū illud de me tibi pollicearis. Licet: te mihi eē carissimū: & eo fore indies cariorē: quo te familiarius uti potero. Munusculum autem tuum & si nequaq̄ desiderabam: non potui tamen nō uæhement ꝓbare uł Epicuri sentētiā: Nihil enī in eo ad uoluptatem defuit. Et amplū erat & suauissimum. Nolim tamen posthac tam grandi ære obruas Philelfum tuum. Nam hæc Satrapis & regibus: non pauco uiliq̃ cōtentis ac philosophis dono mitti consuerunt. Vale Mediolani ex ædibus nostris Kal. Ianuarijs. M. cccc. xxxxi.

Franciscus Philelfus Alberto Zancario sal.

n On te præterit: quanta mihi cum Rhomæo pepulo uiro nobili & prudentissimo iurisconsulto & familiaritas est: & inueterata beniuolentia. Hūc uelim: nomine meo adeas: & quæ proximis litteris ad te scripsi: ei diligenter coram exponas: addasq̃ quantum ꝓ tua prudentia conducturum ad rem censueris. Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Ianuarias. M. cccc. xxxxi.

Franciscus Philelfus Alberto Zancario sal.

q Vod pluribus hortaris: libenter agerem: si liceret. Sed nihil apud me licet: quod honestati aduersetur: Plurima sunt & maxia hui⁹ in me principis beneficia. Itaq̃ nunq̄ patiar me ingratitudinis accusari. Præterea nō est cōstātis & grauis uiri quotidie mutare sedes. Vale. Ex Mediolano. x. Kal. Februarias. M. cccc. xxxxi.

Franciscus Philelfus Ioanni Cornelio sa.

q Vam mirifice desiderem te uisere atq̃ coram alloq: breui cognosces. Id aūt quur mihi tantopere cordi sit: q̄q̄ potuisti iampridem intelligere: is tamē qui tibi litte-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0130
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG